



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De iure Ecclesiæ & pœna violatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

in l. fi. §. pen.  
sup. ver. seruo.  
C. de sent.  
pass. & restit.

domo in æternum, filius autem permanet  
æternum. Quodd autem Dominus nomen  
domum, diuina scriptura Ecclesiam Dei  
vocat, Apostolus testatur in Epistola prima  
Timotheum, &c.

IN §. OPORTEBAT AVTEM  
eod. Edict.

Hæreticos p  
se & alijs ra-  
tionem red-  
dere debere.

SI quis post Catholicam confessionem,  
hæreticorum condemnationem, saluo  
nente pio intellectu, de nominibus, vel syllabis,  
vel dictionibus contendens, separat  
sancta Dei Ecclesia: tanquam non in rebus  
sed in nominibus solis & dictionibus pos-  
nobis pietate, talis, vtpote dissensionibus qua-  
dens, rationem pro semetipso, & pro decipi-  
& decipiendis ab eo reddet magno Deo,  
Saluatori nostro Iesu Christo, in die iudicij.

## DE IURE ECCLE- SIÆ ET POENA VIOLATORVM.

LEO ET ANTHEMIVS IMPER. IN  
l. iubemus. C. de sacros. Eccles. &c.

Ecclesiæ iura  
manere debent  
integra.

Ecclesiæ reli-  
gionis & fidei  
mater.

EA quæ ad beatissimæ Ecclesiæ iura perti-  
nent, vel posthac fortè peruenerint, tan-  
quam ipsam sacrosanctam & religiosam Ec-  
clesiam intacta conuenit venerabiliter cultu-  
diri, vt sicut ipsa religionis, & fidei mater per-  
petua est: ita eius patrimonium iugiter seruetur  
illæsum.

ARC.

Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias Catholicas iruens, sacerdotibus, & ministris, vel ipsi cultui locoq; aliquid importer iniuria, quod geritur à prouincie Rectoribus animaduertatur: atque ita prouincie moderator sacerdotum & Catholicæ Ecclesie ministrorum, loci quoque ipsius, & diuini cultus iniuriam capitali in conuictos, seu confessos reos sententia nouerit vindicandū: nec expectet vt Episcopus iniuria propriæ vltionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile, factas atroces sacerdotibus, aut ministris iniurias, veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quòd si multitudo violenta à ciuilibus apparitoris executione, & adminiculo ordinum, vel ordinatorum, possessorumque, non poterit flagitari, quòd se armis aut locorum difficultate tueatur, Præsides prouinciarum etiam militari auxilio, per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.

In Ecclesias  
irruentium  
pœna.

Porrò de iuribus, et immunitatibus, quæ sacrosanctis Ecclesiis, horumq; ministris sacerdotibus concessæ sunt, plurimæ ab Imperatoribus diuersis late sunt leges, quas huc referre superuacaneum est, tùm etiam quòd opus institutum in volumen vsque cresceret.